



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

rat,
dum
Ele-
Aft
etati
vi a-
onci-
i po-
tum
itio-
cce-
o fe,
rum
ave-
gitur
† in
oci-
uam
uam
cau-
Igi-
pe-
veri
mo-
s au-
ium
e il-
no-
Cle-
ipli-
iore
nfi,
Cæ-



128



P. 31.

ce
be
fit
fu
cu
&
m
pe
ijs
te

re
tr
T
qu
ti
fi
fi
u
co
H
ic
te
ci
ti
L
p
n
re

G
G

cenſu, ac de prædiis iis, quæ his annis libertate donaverat, canonum partem ceſſit. Quippe (a) fuerant hæcenus Urbis fundi ArchiEpifcopo ministeriales, † ipſi cultores glebæ adſcripti. Adalbertus illis & his libertatem conceſſit, annuo tantum cenſu reſervato. Hic magnam partem Electorum liberalitate in Eccleſias, milites, horumque pactis in plebem etiam pervenit. Illuſtrior geſtæ rei memoria ab ijs prædiis exhibetur, quæ nummis argenteis datam libertatem annuè redimunt.

*Origo der
Grenzins,
ſen.*

Moriens Ludovicus II. † piuguem hæreditatem ad filium Ludovicum tertium tranſmiſit, qui ſimiliter vices Moguntia in Thuringia geſſit, & cum patriis, avitiſque opibus generoſitatem, & militiae peritiam addidiſſet. Imperatoris Lotharii † filiam Hedwigem uxorem obtinuit, (b) ſimul ex conſilio Principum Imperii, ipſiſque Adalberti ArchiEpifcopi Moguntini conſenſu * Landgravius † in Thuringia & Haſſiâ à ſocero creatus eſt. Non deerant idipſum Moguntino prudenter diſſuadentes: miniſtros Reip. † pedes eſſe, qui graciles ad obſequium reliqui corporis prompti, difficiles cum intumeſcunt. Eſſe eas Ludovico opes, quæ cum crescentes impediri debuiffent, jam ſerâ pœnitentiâ metuantur, ſique novo honore illuſtrarentur, facile populum obcœcantes à

XI.
*Ludovico
II. ſuccedit
ſilius ejuſdē
nominis in
hæreditate
& Vicedo-
minatu.
Matrimo-
nium cum
ſilia Ceſa-
ris inſit.
* MCXXX.
Creatur
Landgravi-
us in Thu-
ringia.
Moguntia
interſe in
hoc negotio.*

(a) Extant documenta in Archivis.

(b) *Histor. de Landgraviis Thuringiæ c. 18.*

Moguntiaē obsequio seducturas. Ostendere periculum innatam Ludovicis regnandi cupidinem, qui propiores Thuringis Moguntino splendori se interponent, nec aliud haecenus ab ijs actum, quàm ut abolitis ArchiEpiscopi vicibus se Dominos Provinciae constituent. Periculi sat esse, quod Ludovicus Caesarem socerum habeat, nil intermissurum, quo nepotibus imperium firmare possit. Aliud aliis visum: Preces Caesaris rejicere crimen esse, nec tales amplius, sed mandatum videri, quod pro genero petitur: frustra contumacià nil profutura potentioribus resisti. Recordaretur Praesul, quae ab Henrico quarto sibi contigerint, quod obedientiam summi Pontificis adversus eum religiosius observasset, quàm non amicitia veteri tam intimâ, non bene meritis tutus, in ipso carcere famem, squalorem, & ea dira perpeffus sit, quae posteritas cum horrore ab aere publico (a) intelliget. Non rumpendam cum Lothario Saxone amicitiam communi in Francos odio firmatam, & quâ solâ tuta esse Thuringia possit, nec publicam utilitatem hic periclitari, quippe Moguntini jura novo hoc titulo non impeti: Ludovicum nihil potentiae vel iurum amplius in provincias consecuturum, quibus sicut haecenus, Electoris sui nomine

praerit.

(a) Valvae templi Moguntiae ad gradus B. M. V. Aenea carcerem & cruciatus huius ArchiEpiscopi referunt, vid. Serrar. in ejus vita.

præerit. Suas tantum villas, pagos, & arces, quas vel Moguntini beneficio, vel ex hæreditate majorum tenet, titulo magis honorifico judicaturum. Elevari majestatem Principis in splendore ministrorum. Adalbertus admodum prudens, & in gerendis rebus versatissimus, facile periculum vidit, sed memoriâ objecti mali territus, & quod intimæ cum Lothario amicitia negare nil auderet, sequiori sententiæ, Cæsarisque desiderio paruit, sic utriusque Provinciæ Landgraviorum ex indulgentia Moguntinensi origo cœpit.

* MCXXXI.
Templum S.
Augustini.

* Idem (a) Adalbertus † Ecclesiam S. Augustini erexit. * Eiusdemque auspiciis † Gisbertus postea Vicedominus templum S. Laurentio sacrum exstruxit.

* MCXL.
& S. Laure-
ntii erigitur.
* MCXLI.

XII.

* (b) Huic Adalberto nominis ejusdem ex fratre nepos, & isti Marcolphus successit, sub quo tumultuatos † Erfurtenses, ac in Moguntinos officiales, & milites insurrexisse legitur. (c) Certatum intra mœnia pluribus utrinque vulneratis & occisis; quæ causa motus, silent ex more suo istius ævi scriptores. * Discordias civiles Urbis

Tumultus in
Erfordia.

incendium castigavit, quod montana potissimum pervasit. (d) Severianum castrum, ipseque mons sancti Petri flammis succubuit, monasterium una cum templo

* MCXLII.
Castrum Se-
verianum &
Cœnobium
S. Petri incē-
niti dio pereunt.

C

(a) MS. Biblioth. Cæsar. Vindob.

(b) Serarius in Adalberto.

(c) MS. Petrense Chronicon hoc anno

(d) Dictum Chronicon hoc anno.